Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tua amq; te in gente magna · Moyses autem orabat do
minum deum suum dicens · Cur domine irascitur furor tuus
contra ppl'm tuum · quem eduxisti de terra egypti in fortitu
dine magna et in manu robusta · Ne quaeso dicant
egyptii: callide eduxit eos · ut interficeret eos in montibus
et deleret de terra · Quiescat ira tua: et esto placabilis super
nequitia ppli tui · Recordare abraham ysaac et israhel
seruorum tuorum quibus iurasti per metipsum dicens · Multi
plicabo semen uestrum sicut stellas celi: universam terram
hanc de qua locutus sum dabo semini uestro · et possidebitis
eam semper · Placatusque est dominus · ne faceret malum quod
locutus fuerat ad ppl'm suum · et iustus est populo suo
dns deus noster · Secundum Johannem ·

In illo tempore · Iam die festo mediante · ascendens ihesus in tem
plum et docebat · Et mirabantur iudei dicentes · Quomodo
hic litteras sit cum non didicerit · Respondit eis ihesus et dixit ·
Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me · Si quis
voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina mea
utrum de deo sit an ego a me ipso loquar · Qui a semetipso
loquitur gloriam propriam quaerit · Qui autem quaerit gloriam
eius qui misit illum · hic verax est et iustitia in illo non
est · Nonne moyses dedit uobis legem · et nemo ex uo
bis facit legem: Quid me quaeritis interficere: Respondit
turba et dixit · Demonium habes · Quis te quaerit interficere:
Respondit ihesus et dixit eis · Vnum opus feci: et omnes mira
mini · Propterea moyses dedit uobis circumcisionem: non quia
ex moyse est · sed ex patribus · et in sabbato circumcidunt homi
nem · Si circumcisionem accipit homo in sabbato non soluatur
lex moysi · mihi indignamini quia totum hominem